Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sam. quibzdam redditibz in eadem villa gnevs
sendorf a nobis per emptiones aut commutacio
nes vel potentum virorum peticiones penitus
alienatis. solummodo in septem solidis dena
riorum videlz annuorum redituum de grangia
sua in gnevssendorf nobis debitores. excep
to quodam vinearum fructu remanserunt.
Quorum tamen reddituum commutationem
ab abbate nostro domino Ebrone. mediante do
mino ebracense abbate et aliis abbatibz
per preces violentas quodammodo obtinebat. Unde
quia eadem commutacio adhuc non est deduc
ta penitus ad effectum litteram eidem Hain
rici abbatis de Alderspach licet minus ordi
narie tamen huic opusculo inseruimus annotando.
ne memoria fructus nostri in Gnevssendorf
penitus debeat aboleri. Est autem tenor
littere eiusdem Abbatis sine dubio in hunc mo
dum. Nos Hainricus dictus Abbas
de Alderspach universis presentia visuris
cupimus esse notum. quod cenobio in Zwetla vel
procuratoribz eidem loci vij. solidos de nostra
propria curia in Gnevssendorf singulis annis
dabimus quo adusque ipsis predium eiusmodi
quod sub annuo censu memorate pecunie
vij solidorum videlz. valeat solvere quittita
te. quo empto et predicto cenobio assigna
to. extunc ab omni vexatione et obligatione
qua ipsis tenemur liberi erimus. et presentem lit
teram sine contradictione qualibz restitue
re tenebuntur. In cuius rei testimonium presens
scriptum ipsis tradidimus sigilli nostri munimine
roboratum. Datum apud villam gnevssen
dorf anno domini Mo. CC. lxxxix. xv. kal.
Januarii. Post hec successu temporis
in villa nostra circa civitatem Cremsensem que
adiacet grangie nostre in Chrems. cuius ville
nomen est Nevnsidel vel inter vinitores
in hac itaque villa fratres et monachi predicti
de Alderspach unam domunculam in nostris pre
diis primitus comparavit. quam dilatantes ibi
dem torcular cum grangia construxerunt.
in qua constructione grave scandalum inter lay
cos est exortum. Nam eodem anno dux Au
strie penitus inhibuit comminando. ne quis

persona religiosa sibi reddit aut possessio
nes sine suo scitu aut licentia compararet.
Unde factum est quod dominus wolfgerus de Dahs
perch ad iussum domini Rudolfi tunc temporis
ducis Austrie se de eadem grangia intromi
sit. Que grangia licet per maximos reac
quisita postea sic labores. tamen hec ideir
co scribimus. ne de facili possessiones ec
clesie nostre aut vendantur aut quomodo commutentur
aut quod deterius est omnimodis alienentur.
vel annue pensiones penitus distrahantur.
Notandum est quod dominus Hainricus predictus
Abbas de Alderspach anno domini Mo. CC.
lxxxi. diffinitionem ordinis olim editam
minime curavit et contra eam temere veniens
monasterium Zwetlense sic sine dubio dis
turbavit. Est enim diffinicio talis quam dif
finivit capitulum generale. Si quisquam abba
tum habuit conventionem aliquam super aliquo
contractu facto vel etiam faciendo. nullus alius super hoc
manum apponere vel aliquam conventionem inire
presumat sine consensu illius abbatis qui prius
interposuit partes suas. Hanc itaque dif
finitionem predictus dominus Hainricus de Alders
pach minime curans et sine scitu abbatis
nostri domini videlz Ebronis. parrochiam in
Teya quam dominus Leutoldus de Chunring
fundator noster fidelissimus nobis dederat.
contra formam ordinis aut iusticie occupavit.
iudicesque sibi dari a capitulo generali. ab
bate nostro inscio postulavit. Unde sciendum
quod cum dominus Leutoldus de Chunring funda
tor noster fidelissimus comiciciam in Litschaw
apud comitem de Hierzperch iusto emptionis
titulo. feodi tantum nomine comparasset et mo
nasterio nostro Zwetlensi. parrochiam in Teya.
in eadem Comicia Litschowensi utique
situatam. tali conditione adiecta sine
dubio condonasset. ut si fundum eiusdem par
rochie predicte. a comite de Hierzperch
Abbas Zwetlensis dominus Ebro obtinuisset. pre
dictam Ecclesiam absque omni obstaculo possi
deret. Quam peticionem cum dominus Ebro abbas
predictus semel tantummodo inchoasset. nec tamen
a predicto comite de Hierzperch statim obtinuisset